Est.o de Illa, y Canet. +

I-361-5

Censal.

Leg. 11 - N. 5 -

Fha: 9 de Marzo de 1440.

Benta

de Un Censal de 25 tt 12 s 9 d de anua pension cada año pagaderas la mitad à 28 de Marzo, y la otra mitad â 28 de Sep.e sobre las rentas, y dros de los Vizcondados de Illa, y Canet, y especialm.te sobre los de las Villas de Tosca, y Baga; hecho por Pedro Creixells, trapero de Perpiñan: en favor de Antonio Juan Velero, Not.o de la misma Villa: por precio de 358 tt 12 s 9 d barz; fha en Perpiñan à 9 de Marzo de 1440: ante Bern.do Mardamont Not.o pp.co de la citada Villa: y extracta por Fran.co Roch, Not.o de la misma, y comisario de las Notas de dho Mardamont, à instancia de D.n Felipe de Cartro, y de Pinós Vizconde de Evol, â 8 de Julio de 1574.

Nota — Este Censal es parte de aquel de 47 tt 9 y

GOBIERNO DE ARAGON

siete din.os y un obolo barz.a de Vano, pagade-
ros en las dos soluciones arriba expresadas, que
por precio de 658 lt 8 s 9 de la misma moneda
vendieron y cargaron en favor del nominado
Pedro Creixells D.n Bern.do de Pinos: Galceran de
Pinos, S.or de las baronias de Pinos, de Mataplana,
y de la Portella, Vizconde de Illa y Canet, y en
su nombre D.a Aldonza su muger, y Proc.ra su-
ia, por medio de los Proc.es nombrados por esta
S.ra, y por los obligados en este censal, q.e por menor
e individualm.te en el se nombran: sobre to-
das las rentas y bienes de dhos Vizcondados, y Vil-
las arriba mencionad.s y generalm.te sobre todas
las baronias y bienes de dhos Sen.s Vizcondes, y
de dhos obligados, con ynst.o pp.co hecho ante
Jorge Mardamont Not.o de Perpiñan, a 28
de Sep.e de 1425.

Del qual censal, y de las dhas 47 lt 9 s 7 d y 1.
obolo de anua pension havia el dho Creixells
cedido y transportado a Juan de Bauqueros
mercader de Barcelona 21 lt. 8 s 9 s 7 d 1. obolo de
censo anual por precio de 300 lt I: y aora
por el pres.te hace la citada vendicion de
las restantes, y expresadas 25 lt 12 s 9 en favor del
nominado Ant.o Juan Belcro, por el precio,

y en la forma al principio referida, assi en principal y pensiones, y con las obligaciones de Carta de gracias, como en su principio fue cargado.

Y en 2 de Abril del mismo año de 1740 fue intimada por dicho Belero la presente vendicion a los citados señores Vizcondes, quienes por si y por los obligados la aceptaron, y prometieron pagar a el el referido Censal.

Leg. 11. N. 5.

Sit omnibus notum quod Ego Petrus Creixells draperius ville Perpiniani qui dudum pretio sexcentarum quinquaginta octo librarum et octo solidorum bone monete barchinone de terno et perme in florenis auri de Aragonia quolibet ad undecim solidos dicte bone monete computato solutarum titulo emptionis acquisivi quadraginta septem libras septem denarios et obolum bone monete barchinone de terno censuales annuales atque rendales de censuali mortuo vulgariter nuncupatas anno quolibet solvendas illarum medietatem vicesima octava marcij et alteram medietatem vicesima octava septembris et quas anno quolibet per dictas solutiones aut terminos in dicta moneta florenorum auri aut in dicta moneta barchinone de terno seu pro eorum valore in moneta regalium Perpiniani quolibet ad quindecim denarios computato ego habeo et recipio ac habere et recipere debeo et consuevi in et super bonis redditibus et iuribus infrascriptis et ipsas quadraginta septem libras et septem denarios et obolum dicte bone monete barchinone de terno censuales mihi vendiderunt et statuerunt vener. Arnaldus de Solono domicellus in villa Perpiniani domiciliatus Joannes Ferer villa de Bagano Urgellen. dioc. ut procuratores substituti a nobili domina Aldoncia consorte et procuratrice generali nobilis domini Bernardi Galcerandi de Pinosio militis domini baroniarum de Pinosio et de Mataplana et de la Portella ac vicecomitis de Insula et de Caneto et etiam ut procuratores dicte nobilis domine Aldoncie et honor. dni. Petri Thomich militis et vener. Petri de Foyx et Berengarij dello Joannis Pascho in villa predicta de Bagano populatorum et Guillermi de Riambau domicelli domini de la Portella de Lileto dicte baronie de Mataplana et etiam ut syndici actores yconomi et procuratores universitatis dicte ville ac vallis de Bagano consulumque consiliariorum et proborum hominum ac singularium ville et vallis eorundem videlicet specialiter expresse et signanter in et super omnibus et singulis decimis tasquis foriscapijs, redditibus, provetibus, emolumentis, muneribus, bonis, curiarum compositionibus, pasquerijs, et alijs iuribus quibuscunque quos quas et que dictus nobilis dnus. Bernardus Galcerandi de Pinosio habet possidet et recipit et habere et recipere debet et consuevit anno quolibet in et super locis mansis, bordis, domibus, terris, et alijs quibuscunque possessionibus in villa vocata de Thoses sitis francha et libera alodiali eiusdem nobilis dni. Bernardi Galcerandi de Pinosio. Et in et super omnibus et singulis alijs censibus, decimis tam salis quam fructuum foriscapijs redditibus et alijs quibuslibet emolumentis bonis et iuribus franchis et liberis alodialibus

quos quas et quae dictus nobilis dominus bernardus galcerandi de pinosio habet et recipit et habere et recipere debet et consuevit in quibusvis locis villis et territoriis infra dictos vicecomitatus de insula et de caneto sitis et generaliter in et super omnibus et singulis honoribus baroniis locis villis castris fortaliciis censibus redditibus iuribus et bonis dictorum nobilium dominorum coniugum et ceterorum aliorum superius notatorum et dicte universitatis ville baiulie et vallis de bagano et singularium eiusdem presentium absentium et futurorum et cuiuslibet insolidum et protus mobilibus et immobilibus presentibus et futuris prout constat de huiusmodi mihi facta venditione publico instrumento facto perpiniani die vigesima octava septembris anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto notato et recepto per georgium mas domol notarium publicum de perpiniano in quo instrumento dicte designata fuit calendaria procurationum substitutionis et syndicatus de quibus superius mentio facta fuit. Ex quibus quidem quadraginta septem libris et septem denariis et obolo barchinonensium censualibus et rendalibus ego cessi et transportavi venerabili Joanni de bargueriis olim campsori perpiniani et nunc mercatori barchinone viginti unam libras octo solidos septem denarios et obolum barchinonensium censuales et rendales et eorum precium videlicet trescentas libras dicte bone monete barchinonensis sic quod pro nunc mihi restabant et ultra viginti quinque libre et duodecim solidi dicte bone monete barchinonensis de terno censuales atque rendales et earum precium videlicet trecente quinquaginta octo libre et octo solidi dicte monete florenorum auri aut dicte bone monete barchinonensis de terno Et quia certis rationibus fuerit conventum inter me et vos Antonium Joannem bellero notarium predicte ville perpiniani quod faciam vobis presentem et subscriptam venditionem de dictis et subscriptis viginti quinque libris et duodecim solidis barchinonensium censualibus et rendalibus que mihi tantum restant de predictis vendere pro tanto gratis et ex certa scientia per me et meos heredes et successores quoscumque vendo concedo et trado sive quasi trado vobis dicto Antonio Joanni ballaro notario presenti pro vobis et vestris heredibus et successoribus et quibus volueritis ementi et recipienti tam in eius annuis pensionibus quam in precio et proprietate earundem dictas viginti quinque libras et duodecim solidos dicte bone monete barchinonensis de terno censuales annuales atque rendales anno quolibet solvendas illarum medietatem die vicesima octava marcii et alteram medietatem die vigesima octava septembris que mihi restant tantum ex dictis quadraginta septem libris et septem denariis et obolo barchinonensium censualibus dudum ut predicitur per supradictos venerabiles Arnaldum de tolono et Joannem ferrer nobis supradictis mihi venditis et assignatis in et super bonis redditibus ac iuribus supra contentis et in eorum dicto instrumento superius designato quoniam residuas

viginti una libras octo solidos septem denarios et obolum barz censuales et rendales
assi et transportavi predicto vestro Joanni de Barqueriis ut offertur. Hec itaque
facio et facere intendo sicut melius plenius ac utilius dici scribi legi et intelligi potest
ad vestri dicti emptoris et vestrorum commodum et utilitatem ac bonum sanum ac favorabilem
intellectum. Cedendo inde vobis et vestris ratione huiusmodi venditionis omnes actiones
et iura reales et personales utiles directas mixtas et rei persecutorias et alias
quascumque mihi pertinentes et spectantes in et super dictis viginti quinque libris et
duodecim solidis barz censualibus et rendalibus et in earum proprietate sorte et pretio
atque pensionibus penarum salariis et aliis ad dictum censuale et eius occasione mihi perti-
nentibus et spectantibus et adversus et contra predictam universitatem et singulares
personas predicte ville et vallis de Bagano et contra predictos nobiles dominum vice-
comitem et etiam vicecomitissam de Insula et de Caneto et alios prenominatos obli-
gatos et eorum et cuiuslibet ipsorum bona redditus atque iura et adversus quascumque
alias personas et bona pro predictis aut eorum singulis obnoxias et obligatas; de
quibus omnibus et singulis iuribus et actionibus me et meos penitus ~~expolio et vos~~
denudo et expolio et vos et vestros ac quos volueritis pleno iure investio et ve iure
vestram propriam veros dominos et procuratores constituo nullo iure nullaque actione
mihi aut meis amodo in predictis aut eorum singulis modo aliquo retentis. Immo pono
vos et vestros ac quos volueritis quoad predicta omnia et eorum singula in locum et
locum meum. Itaque iuribus et actionibus per me vobis datis et cessis et in vos
et vestros translatis et transmissis vos et vestri heredes et successores ac quos
volueritis uti agere et experiri possitis et valeatis in iudicio et extra dictas
viginti quinque libras et duodecim solidos dicte bone monete barchinonensis anno quolibet
terminis supradictis, et etiam tempore redemptionis earum trecentas quinqua-
ginta octo libras et octo solidos in bona moneta barz de terno aut florenorum
auri de Aragonia, que sunt earum pretium, et pro quibus hii possunt vigo-
re gratie per me inde facte habendo petendo exigendo et recipiendo apochas
fines et diffinitiones faciendo, penas tertii et alias demandando, nuntios proprios
et penres destinando, de hostagiis tenendis monendo et requirendo executiones
fieri petendo et requirendo, et omnia alia et singula agendo faciendo utendo
et experiendo que ego uti agere facere et experiri possem si presentem vo-
bis non fecissem venditionem. Ego enim mando et dico cum presenti vicem
epistole gerenti predictis nobilibus dominis vicecomiti et vicecomitisse de
Insula et de Caneto, ac dicte universitati et singularibus personis ville

baiulis et vallis de bagano alijsq ad dictum censuale obligatis omnibusq
alijs et singulis quorum interest vel intererit et quos pns tangit negotiu
vel tangere poterit quomodolibet in futurum quatenus de dictis viginti quin
que libris et duodecim solidis dicte bone monete baz nis censualibus et
rendalibus et de parte penarum, salarijs et alijs ad predicta pertinentibus
et tempore redemptionis earum de supradictis Trecentis Quinquaginta octo
libris et octo solidis dicte bone monete baz aut dicte monete floreno-
rum auri que sunt earum verum pretium vobis et vestris amodo responde
ant, et illas vobis tribuant et exsoluant vobisq et vris ac quibus vo
lueritis iuramenta et homagia de respondendo vobis suis loco et tempore
iuxta tenorem contractus dicte venditionis vobis et vris ac quibus vo
lueritis prestent et prestare habeant prout mihi constituerunt et presta
re et de predictis respondere tenebantur ante presentem venditionem vel
postea quandocumque. Et huiusmodi venditionem et iurium cessionem vobis et
vestris facio precio Trecentarum Quinquaginta octo librarum et
duodecim solidorum monete baz de terno quas in bonis florenis auri
de Aragonia quolibet ad undecim solidos computato mihi plenarie ad om
nem meam voluntatem exsoluistis. De quibus a vobis per paccatum
me teneo et contentum, Renuntians exceptioni dicte pecunie non ha
bite et mihi plenarie et ad meam voluntatem per vos mihi non satis
facte et non solute omniq alij exceptioni, Et legi qua iuvantur qui
ultra dimidiam iusti pretij seu rei valoris decepti sunt similiter renuntio. Et si
predicta que vobis vendo plus valent nunc vel inposterum plus valuerint pre
tio antedicto illud totum plus valens quantumcumque sit vel fuerit gratis
inter vivos vobis et vris dono cedo et perpetuo diffinio, protestans tamen
vobis quod nolo nec intendo vobis aut vris aliquo modo teneri de evictione pre
missorum, nisi solum et dumtaxat de contractibus et factis meis et meo
rum, et de debito vero videlicet quod vere predicta mihi debebantur et per
tinebant, Et pro his tantum obligo vobis et vris omnia bona mea habita et
habenda. Et incontinenti constituo me predicta que vobis vendo nomine
vestro possidere vel quasi donec inde acceperitis plenam et corporalem posse
ssionem de eisdem, quam possitis accipere vestra propria auctoritate quando vobis
placuerit me omnique persona et curia irrequisitis. Et penes vos et vestros
et quos volueritis retinere ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere fa
ciendas pro franchis quitijs, et liberis alodialibus vestris et vestrorum, pro

mitto vlterius vobis in posse notarij publici subscripti nomine vestro et omnium
illorum quorum interest vel intererit predicta omnia et subscripta legiti-
me stipulantis et recipientis et iuro per deum et eius sancta quatuor euan-
gelia manibus meis corporaliter sponte tacta quod predicta omnia et eorum
singula perpetuo habebo rata grata et firma, et ea attendam tenebo
servabo et complebo et non contrafaciam seu veniam de iure vel de
facto clam vel palam modo aliquo iure, titulo, causa, seu ratione,
Actum fuit hoc et laudatum Perpiniani die nona marcij anno à nati-
vitate domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo Presentibus
pro testibus guillelmo vitalis notario, antonio taradii scriptore ambobus
de perpiniano, Et me bernardo masdamont notario, Post hec die secunda
Aprilis anno predicto, dictus Antonius Joannes bellero intimavit pre-
dictam emptionem et omnia predicta vener. pontio fuster procuratori
dictorum nobilium dominorum vicecomitis et vicecomitisse de Insula &
de Caneto, qui dixit quod ipse nomine ipsorum et aliorum ad dictum
censuale obligatorum consuevit solvere pensiones dicti censualis
offerens se paratum nomine predicto amodo de predictis dicto An-
tonio Joanni bellero respondere prout ante respondere consueverat dic-
to petro creixells venditori predicto, que omnia dictus Antonius Joannes
requisivit hic continuari quod fuit Actum Perpiniani die et anno pro-
xime dictis in presentia et testimonio discreti Raphaelis bernardi notarij
Stephani forner bahinerij petri masdamont notarij omnium de perpinia-
no. Et mei dicti bernardi masdamont notarij qui predicta recepi re-
quisitus etc.

Sig  num meum francisci Roig auctoritate Regia notarij publici
ville Perpiniani regentis scripturas publicas honorabilis Ber-
nardi masdamont quondam eadem auctoritate notarij publici eius-
dem ville; qui predicta per dictum quondam bernardum
masdamont notarium ut prefertur recepta iamque aliis
in publicam formam sumpta, iterato partim aliena
manu partimque manu propria scripta in his tribus
papyri foleis in hanc publicam sumpsi formam, et ex
licentia mihi concessa à curia mag.ci bajuli eiusdem
ville clausi die octava mensis Julij anno à nativitate
domini Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto vigore
mandati mihi per eandem curiam facti die tertia dictorum
mensis et anni ad instantiam pinris Ill.is domini philippi de
castro et de pinos vicecomitis de euolo et addidi in linea [illegible]
ma secunde pagine primi folei, bonis etc.

GOBIERNO DE ARAGON

.n.25.

Venda de censal de pen
sió de [illegible] nova
da fay, feta per Pere Crei-
xells a Antoni Joan Bel-
lero not. ab la mitima la pri
mera venda [illegible] de
setembre de 1423 [illegible]
[illegible]

mars 1440

Es en lo [illegible] de la
liquidatio fol. 2526.

V
196. 85.

Canet

Catthaluña n.o 5.

9

Vendicion de 25 ll. 12 s. 4 de
censal cada año sobre las
rentas del Vizcondado de
Canete y Villa de Thosser
por P.o Crexells trapero de
Perpiñan a Antonio Ju.o Vallaro
Not. Bernardo Guasdamont
sacada por Fran.co Roych su
successor a 9 de Março
1440

25